

V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON, NVLLO, IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT, XXXVII

VT

IN, A, D, III, IDVS, OCTOBRES, A, R, S, CINCCLXVIII


EX. CVRIANI. SEPTIS

EORVMDEM

PATRONORVM, FAVORVM, Q. SVFFRAGIO
BINOS, BONA, VENIA, MORE, MAIORVM, EDVCENDOS, ESSE
QVA, PAR, EST, OBSERVANTIA

SIGNIFICET,

PAVLLVS, DANIEL, LONGOLIVS



CVRIAE, REGNITIANAE
LITERIS, IOANNIS, ANDRAEAE, HETSCHELI

INTERSECTIO II.

QVAENAM HERMVNDVRORVM TERRA *VERA*?

Prius, quam HERMVNDVRORVM *terrae* situs pingere audeamus, eos, qui illos nullam sedem fixisse velint, doceamus, *tenuisse omnino terrarum partem,*

PARS I.

NVM HERMVNDVRIS *TERRA*?

Index dictorum.

- | | |
|---|---|
| §. I. HERMVNDVRI <i>Sueuorum</i> natio, | §. V. Num <i>vagi</i> ? |
| §. II. Quae <i>Sueuorum</i> scriptura? | §. VI. Quo sensu? |
| §. III. Vnde? | §. VII. Et tamen suam terram tenuerint
HERMVNDVRI? |
| §. IIII. Quid significant? | |

§. I.

HERMVNDVROS esse *Sueuorum* gentis nationem, quis est, qui dubitet, nisi, quae hac tenus disseruimus, quempiam lateant?

§. II.

Straboni scribuntur 1.) Σουήτοι. Hanc scripturam fuit, 2.) qui mutaret, atque scribendum ediceret Σουήβοις. 3.) Et sane amant veteres B in illius gentis nomine, siue Graecis literis Σουήβοις, 4.) siue Romanis *SueBos* 5.) exararent. Sed tamen et Graecus 6.) amauit

1.) In primis Cap. I. Sect. II. Interf. I. Part. II. §. V. seqq.

§. II. 1.) Γεωγραφ. Lib. VII. p. 446.

2.) Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXI. quem Schumacherus de Antiq. Urb. Grimae Statu §. V. ante oculos habuerit.

3.) Qui prostant in Dionis Ρωμαϊκ. Ἱστορ. Lib. LI. et quibusdam exemplaribus Ptolemaei Γεωγραφ. Ὑψηλῆσ. Lib. II. Cap. XI. Quales et iam Casau-

bonus collocat in Strabonis Lib. III. p. 296. pro vulgari Σουήβοις.

4.) Apud Zosimum Ἱστορ. Lib. VI. Cap. III. pr. et quibusdam libris Ptolemaei Lib. II. Cap. XI.

5.) Ab Iulio Honorio, cuius excerpta Abraham Gronouius Melae suo subiunxit, p. 696. eisdemque mihi praebuerunt membranæ Voslianae et Gostorpienses Caesaris.

6.) Metaphrasis Caesaris Ἀπομνη-

uit Σωείτους. Ad hunc modum saepius accidit, ut illi γ et β, hi vero V et B inter se in vicem permutarent. Sacra digesta promiscue habent Δαγιδ et Δαβιδ. Alius 7.) ΑΥνεβα est aliorum 8.) ΑΒνοβα 9.) Alterius 10.) Καμδβι sunt alterius 11.) ChamaVi atque vnus 12.) Καμάτοι. 13.) Qui Latino 14.) Verbigenus, ille Graeco 15.) Βερεγγίνη Φύλη. Sic Τριβηρι, 16.) TriBerī 17.) sunt 18.) iidem cum notioribus TreVeris TriVirisue. Sic Νέρβαι 19.) a NerVuis 20.) non differunt. 21.) Neque Volcae diuertunt 22.) a Βόλκαις, 23.) neque Βόσκηος 24.) a Vo-
saco. 25.) Βεταψι 26.) aut Βετασι 27.) cum Vetapsis, 28.) Νόβαι 29.) con-
E e 2 fen-

μονευμάτων τοῦ ἐν τῇ Γαλατία Πο-
λέμου hinc inde.

7.) Ptolemaei Lib. II. Cap. XI.

8.) Plinii in Hist. Nat. Lib. III. Cap. XII. Taciti in German. Cap. I. n. 4. Festi Auleni Perieg. siue Descript. Orb. vs. 437. immo forte et Melae Lib. II. Cap. I. si is, quod Pintianus, sensit.

9.) Ceu et iam obseruatum fuit Althamero, Beuthero, Vettero ad Tacit. German. Cap. I. n. 4. Clueterio in Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. Cellario in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XXX. Spenero in Notit. Germ. Antiq. Lib. II. Cap. III. §. III. sub (d) p. 85. seq.

10.) Iuliani Αθηναίων τῇ Βουλῇ καὶ τῶ Δῆμῳ p. 280. item Eunapii περὶ Περσεύων Εθνῶν πρὸς Ρωμαίους pr.

11.) Taciti Annal. Lib. XIII. Cap. LV. n. 4. et de Morib. German. Cap. XXXIII. n. 1. atque Cap. XXXIII. n. 1. Eumenii in Paneg. Constantio dicto Cap. VIII. n. 3. Nazarii in Paneg. Constantino dicto Cap. XVIII. n. 1.

12.) Ptolemaei saepius nominati.

13.) Si Spenero in Notit. Germ. Antiq. Lib. III. Cap. III. §. XXXVIII. sub (c) p. 263. Claudiana vulgata sanaturus fides.

14.) Caesari de Bell. Gall. Lib. I. Cap. XXVII. n. 4.

15.) Eiusdem Metaphrasi veteri.

16.) Ptolemaei Γεωγραφ. Τρηγῆς. Lib. II. Cap. VIII.

17.) Notitiae Imperii Occidentis in Thefauri Graeciani Antiq. Rom. Vol. VII. p. 1862. et 1869. seq.

18.) Quod iam dudum iuit probatum Clueterius in German. Antiq. Lib. II. Cap. XIII. pr.

19.) Strabonis Lib. III. p. 296.

20.) Taciti in German. Cap. XXVIII. n. 6.

21.) Et id docuit antea laudatus Clueterius Lib. II. Cap. XXII.

22.) Caesaris de Bell. Gall. Lib. VI. Cap. XXIII. n. 2.

23.) Eiusdem antea nominati Metaphrasi et Ptolemaei Lib. II. Cap. X.

24.) Caesaris Lib. III. Cap. X.

25.) Gregorii Turonensis Lib. X. Cap. X.

26.) Taciti Histor. Lib. III. Cap. LVI. n. 6. Cap. LXVI. n. 2. et veteris inscriptionis apud Gruterum p. 1033. n. 9.

27.) Plinii in Hist. Nat. Lib. III. Cap. XVII.

28.) Sollenni illorum temporum more, ut pronunciat Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. III. Sect. XIII. §. CLXIII.

29) Theophylacti Ἱστορ. Οἰκουμ. Lib. VII.

fentiunt, 30.) cum *NoVis*. 31.) Consentit 32.) *Σαραδία* cum *Σαβυδία*. Consentit *DanuBius* cum *DanuVio*. Eius modi scribarum diuortium obseruatum fuit 33.) in *PetaVione*. Hinc *Vinci* 34.) reliquiae in *Bingen*. 35.) Hinc *Σούβρι* 36.) a *SuaVis* 37.) non disident 38.) nisi in *A* et *E*, quo nihil frequentius. 39.)

§. III.

Ne tamen aliquid omittam, quod dubium moueret, ad huc aliud diuortium est in illius gentis nomine. Exaratum illud fuit modo *ΣΟΥ'ηου*, 1.) modo *ΣΟΥ'ηει* 2.) modo *ΣΥ'ηει*. 3.) Enim vero iam dudum 4.) *OT* pro *B* fuit adhibitum, quod gens togata exprimeret per *V*. 5.) Hinc *S'Veui*, et ad genium Teutonum 6.) geminato *V*, vnde *W*, 7.) prodibunt *S'Wewi*, cui si inferunt 8.) fibilum amantes *ch*, efficiuntur *SCHwEben* et permutato *E* cum *A* 9.) *SCHWAben*.

§. IIII.

Cap. VII. et Prisci in Excerpt. Hoefchelii P. 25.

30.) Ex indicio Wesfelingii ad Vet. Roman. Itiner. p. 221. seq. et 636.

31.) Iornandis Rer. Get. Cap. XVIII. Antonini Itiner. et Hieroclis *Συνεκδήμ.* Wesfelingianorum.

32.) Eodem Wesfelingio p. 633. vindice.

33.) Cl. Popouio in Epistola ad Societatem nostram Cosmographicam p. 37. seq. Obseruationibus suis de Mari praemisfa.

34.) Antonini Itiner.

35.) Vt monuit Wesfelingius ad illud Itiner. p. 371.

36.) Procopii *Ἱστορ. Γεογ.* Lib. I. Cap. XII. et XV.

37.) Quorum auctores coegi in huius de Hermunduris Commentarii Cap. I. Sect. II. Interf. II. §. VIII.

38.) De quibus tamen vt recte sentias, suadeo, legas, quae saepius laudatus Wesfelingius ad Itiner. Hierosolymit. p. 563. seq. scripsit.

39.) Si vel euoluas Analect. Brandenburg. nostrorum Part. VIII. Cap. I. §. XVII. n. 152. p. 80.

§. III. 1.) Quod iam §. II. adfuit n. 1.

2.) Vt idem n. 3.

3.) Atque hoc n. 4.

4.) Iuliano Caesari *περὶ τῶν τοῦ Αὐτοκρατορέος Πραξέων* a Spanhemio illustrato p. 72.

5.) Hoc multis docui in mea Notitia Hermundurorum Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. III. n. 26.

6.) Ex indicio Clauerii in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXXVI.

7.) Vt hoc Wachteri Proleg. Sect. III. sub *W*. Sed plura congesti ad Notit. Hermundur. Lib. I. Cap. I. Sect. II. §. II. n. 7.

8.) Quo post *S* nihil frequentius, aliis id respuentibus, cuius exempla tot priscorum monumenta et vsus quotidianus adfatim suggerunt.

9.) Cuius exemplum iam suggestit extremum superioris §i.

§. III.

Sic est in aprico, vnde *Sueuorum* nomen. 1.) Auftriae incolis adhuc in vsu est 2.) *schwaben*, *schwaiben*, *schwoaben* pro *fluctuare*. Anglis est 3.) *schwift* et 4.) *schweif* ex *schweben*. Ab iis autem *Sueuorum* adpellationem arcescere, 5.) quo iure quis 6.) vertat vitio, quasi non ab indole sua nacti sint nomen gentes? Nonne *Vandalii* fuerunt? Hos vero ex quonam alio dixeris 7.) nomen suum traxisse, quam ex *Wandeln*? Cui non dicti *Galli*? Et vnde potius quam a *migrando*, quod est *wallen*, audierunt? Quibus enim *W* non fuit ad palatum, ii *G* substituerunt. 8.)

E e 3

§. V.

1.) De quo quid alii pronunciauerunt, exposui Cap. I. Sect. II. Interf. I. Part. II. §. I.

2.) Vt obseruauit Heumannus Opusc. Obs. XI. p. 687. et quae commentatus est Cl. Popovius de Mari p. 303.

3.) Vt hoc I. C. Schwarzzius in Progr. Cob. III. p. 75.

4.) Atque hoc idem p. 80.

5.) Cum Artopoeo de Origin. et Incret. Gent. Sueu. §. II. in Wegelini *Rer. Sueu. Thef.* Vol. I. p. 17. Brechenmachero in *Notit. Sueu. Antiq.* §. VIII. in eodem opere p. 73. Junkero in *Introd. in Geograph. Med. Aeu.* Part. II. Cap. I. p. 115. quodam in *Obseru. Hist. Critic. Lingu. German. Liplent. Soc. Teuton.* Part. X. p. 250. in calce, Ludewigio in *Vit. Iustinian.* Cap. VIII. §. LXIII. n. 345. p. 333. Dithmaro ad *Tac. German. Cap. XXXVIII.* n. I. et in *March. Brandenburg. Init.* §. II. p. 3.

6.) Nisi Wachterus in *Orig. Alemann.* §. XXIII. quae *Origines in Gundlingianorum Parte XXX.* et *Wegelini Collectionis*

Vol. I. N. II. locum nactae sunt, idemque ille in *Gl. Germ. Tom. II. p. 1479.* vt stabiliret coniecturam suam ab illo *Corneliano obliquare crimem nodoque substringere* petiuit, cum tamen in vniuerso Teutonum praeorum populo nullam inueniens gentem aut nationem a cultu adpellatam. In *Geogr. Europ. Recentii Tom. III. Lib. III. Cap. III. §. I. p. 610.* Wachteriana opinio fuit adoptata, sed ab *D. Ancherfenio in Valle Herthae Deae Part. I. Cap. III. §. XXXI. seqq.* sub incudem vocato.

7.) Cum Leibnitio ad *Taciti German. Cap. II. Ludewigo in Iustinian. Vit. Cap. VIII. §. LXIII. n. 345. p. 333.* Becmanno in *Descript. Hist. March. Brandenburg. Part. I. Cap. II. N. V. §. I. p. 37. seq.* Spenero in *Notit. Germ. Antiq. Lib. III. Cap. I. §. VI. sub (e) p. 153.* Christio in *Orig. Langobard. p. I. Zinkio de Eloquent. Cap. I. §. III. sub (e) p. 40.*

8.) Quae abunde demonstrauit III. *Scheidius Praef. in Eccardi Orig. Germ. p. 24. seq. sub signo **.*

S. V.

Iam vero 1.) κοινὸν ἐστὶν ἅπασιν ΣΟΗΨΟΙΣ - - Νάμαδες μι-
μουμένοις, τὰ δινεία ταῖς ἀρμαμάχαις ἐπιδρασι, ὅποι ἀν δόξῃ ῥέπον-
ται μετὰ τῶν βοσκυμάτων. Quis est autem, qui non légerit, 2.)
vagos Nomades pecorum pabula secutos fuisse, atque vt illa du-
rarent, ita diu statam sedem egisse, 3.) siue dictos fuisse Nomades
a permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est, domus plaustris circum-
ferentes. Νουν enim, vnde nomen suum traxerunt Nomades, est
Graecis Latinorum pastio, pariter ac νέμεσθαι πασσι. Et quaenam
alia ratio pascendi oues vel adhuc est? Nonne pastores nostri peco-
rum pabula sequuntur, et, vt illa durant, ita diu statam sedem agunt,
domusque suas in plaustris circumferunt?

S. VI.

Sueuorum autem dicitur 1.) gens longe maxima et bellicosissima
Germanorum omnium. Li centum pagos habere dicuntur, ex quibus
quot annis singula millia armatorum bellandi causa suis ex finibus edu-
cunt; reliqui domi manent, pro se atque illis colunt. Hi rursus in
vicem anno post in armis sunt; illi domi remanent. Sic neque agricul-
tura neque ratio neque vsus belli intermittitur; sed priuati ac sepa-
rati agri apud eos nihil est, neque longius remanere anno vno in loco
incolendi causa licet. Neque multum frumento sed maximam partem
lacte atque pecore viuunt, multumque sunt in venationibus.

S. VII.

Quae qui propius inspicit, non amplius negabit, Sueuis eorum-
que nationi, de qua mihi potissimum sermo est, HERMVNDV-
RIS fuisse sedem fixam alicubi. Non adeo vagati fuerunt, vt
nullam regionem tenuerint. 1.) Nec tamen, quod legitur, 2.)
HER-

1.) Si audis Strabonem Γεωγραφ. Lib. VII, p. 446.

2.) In Melae de Sit. Orb. Lib. II, Cap. I.

3.) In Plinii Hist. Nat. Lib. V. Cap. III.

S. VI, 1.) Grauisimo veterum histo-

riæ Caesari de Bell. Gall. Lib. III. Cap. I. n. 3. seqq.

§. VII, 1.) Quo faciunt, quae S. S. disseruit in Obseruat. Doctis Dresden-
ibus anni MDCCCLXIII, Part. XXXIII. p. 665. seqq.

HERMVNDVRRORVM ciuitas indicat urbem oppidumue moenibus septum, id quod occidentis Latii, 3.) Illa castis auctoribus est res publica siue constitutio populi. 4.)

Constitutione autem scholastica digrediendi veniam petierunt atque consecuti sunt:

GEORGIUS CHRISTIANVS PUTNER. Is gaudet Patre Iacobo Friderico Praenobilissimo Prusorum Regis Augustissimi Salinatore et Marchioni Barutino Serenissimo a Consiliis commerciorum Supremo, Viro grauitate, prudentia, fide singulari: gaudet Matre ex gente Wagneriana ad modum florente. Florent autem omnium maxime, qui studiis et artibus bonis a pueritia florent. Flore hocce vt vernet hortus Putnerowagnerianus, neque operae neque sumtui parcitur. Testis est Mineruium Curianum, quo illius germen masculum post duo in summa frequentia gratum spirabat odorem, primum in Martinalibus anni MDCCCLXVI. quo primanis fuerat adscriptus, illo praedicanie diuinam benignitatem, secundum ex nominibus veteris Germaniae aliquot heroum abstergente maculam literarum ignorantiae, quam ista Cornelii literarum secreta perperam interpretantes maioribus adasperant, in nominalibus FRIDERICI anno MDCCCLXVII. vt tertium in statim insequentibus CHRISTIANI sub Christiano Principe degenium felicitatem adumbrante, et quartum nuperrime in natalibus eiusdem Principis Serenissimi, quantum potuit, celebrante auctorem huius vniuersi sapientissimum, qui durissimo saxo edixit: crescite et multiplicamini. Ea pro rostris Athenaei nostri; ex iis autem vocis Vogtlandiae veram rationem a commilitonis obiectionibus tuebatur. Haec exsequebatur Gallico, Latino, Teutonico ore, cui et iam Graeca et Ebraica legebantur, vt alia quaecumque, quibus imbuimus disciplinae nostrae commendatos, per octo, et, quod excurrit, annos inde a quarta gymnasii classe per omnes reliquas, quarum primae fere per triennium interfuit. Inde spes
eum

2.) In Taciti German. Cap. XXXXI. Part. VI. Cap. I. §. XII. n. 28. p. 147.
n. 1.

3.) Cui tribui in Anal. Brandenburg. 4.) Quod pluribus docuerit Nonius de Propr. Sermon. Cap. V. §. XXVII.

❁ ❁ ❁

eum alit, fore, vt magistro, quo vix peritior, Parente Optimo aequo olim Curiani ciue probatissimo mercaturam faciat laeto augurio vltimum vernacula monstraturus *mercaturam, quo amplior est, eo magis ad summi Numinis gloriam facere.*

IOANNES FRANCISCVS MVLZER, orbus patre Aegidio Senatore, dum viueret, oppiduli Thiersteinii, probo Viro, Curiam eiusque alumneum decem abhinc annis delatus nactus est patres matresque, quibus morum probitate tenerorumque adfida institutione se commendaret. Sed et doctoribus suis per omnes Curiani ordines acceptus, quod meruit non seruili sed ingenuo obsequio. Plaudebatur et iam publice cum *Quiritium viae rationi illam Teutonum priscorum anteferenti, vt die Christiano sacro PATRI patriae CLEMENTISSIMO* gratularetur, anno ciorccclxvi. tum hoc, quem agimus, anno in annis sollennibus gymnasii inaugurati memoriae ergo institutis, *docenti in illo doctrinam de Deo rebusque diuinis a bonis artibus non expelli, vtrisque versibus vernaculis.* Tulit etiam pietatis fructus aliquot. Perillustres enim atque Excellentissimus Vir Adam Gottlob S.R.I. L. B. de Schoenfeld Romanorum Imperatoris Augusti et Marggrafii Brandenburgicoculmbacensis Consiliarius Intimus Splendidissimus pro fauore suo in Musas, praesertim Curianas, nihil tale cogitantem, quod est benefici, largo ornauit viatico. Vir Summe Reuerendus atque Eruditissimus Ioannes Gotthartus Muller recens Praesul Wunsfeldiensium ordinis sacri Dignissimus, exaudiuit beneuolentissime, qui est mos Eius, Amthorianam mensam in Conuictorio Lipsiensi ambientem. Quot ergo et quantae grates atque laudes egeno sunt agenda! Eo viam sternet quaestio, *an, quo magis ferueant prela describendis libris, eo ardentius ferueat vera pietas,* Latino sermone excutienda. Accinxit autem se diligentissime, vt res diuinas rite capiat.

An conchae, quae vniones et margaritas gignunt, aliunde regioni Rebauensi fuerint illatae, speculabitur post ea illud discipulorum proborum par bono omine misurus
Rector.



Yb 4473

1078

ULB Halle

3


006 302 904



20







B.I.G.

Farbkarte #13

CVRIAM
 REGNITIANAM
 NON, NVLLO, IVRE
HERMVNDVRORVM
 COGNOMINANDA'M
 DISSERIT, XXXVII

VT

IN, A, D, III, IDVS, OCTOBRES, A, R, S, CINCCLXVIII

EX. CVRIANI. SEPTIS

EORVMDEM


PATRONORVM, FAVORVM, Q, SVFFRAGIO

BINOS, BONA, VENIA, MORE, MAIORVM, EDVCENDOS, ESSE

QVA, PAR, EST, OBSERVANTIA

SIGNIFICET,

PAVLLVS, DANIEL, LONGOLIVS



CVRIAE, REGNITIANAE
 LITERIS, IOANNIS, ANDRAE, HETSCHELI